

## E P I S T O L A

bliothecā vbiq; locorum circumferre cogerer dū egris mihi  
 inseruiēdum esset. Partim quoq; vt memoria cōsulerē, quā  
 etate lāguescere solet. In hoc autem libello, curandi rationē  
 expressimus claram, breuem, methodoq; cōstantem, memo-  
 riāq; quā aliquāliter iuuare potest. medicamētā prae terea  
 ratione experientiaq; cōprobata, nec nō tuta, plurimisq; co-  
 gnita & paratu facilia solummodò admittimus, quib. ni-  
 hilominus grauisissimi morbi possunt è corpore expelli, modò  
 vniuersalia particularib. debita ratione accōmodētur: quod  
 plenius in Vniuersali nostra medēdi Methodo indi-  
 cabimus. iis quoq; efficere licebit vt sit mens sana in corpore  
 sano; quo nihil mortalib. est expetendū magis, cū alioqui  
 pauper sanus magis sit felix quā diues affecto corpore. Id  
 quoq; ex his laborib. mihi obtigit, quòd plurima passim ob-  
 seruauerim quā alioqui neglecturus, prae teriturusq; eram.  
 Internorum autem morborum hīc potius curādi rationem  
 proponimus, eò quòd tum cognitione, tum curādi ratione,  
 externis, iisq; quā ad chirurgiam pertinent (quā suo quoq;  
 loco pro nostro modulo exornare non grauabimur, si equo  
 has nostras primitias admiseritis animo) sint difficiliores.  
 Medicamētorum quoq; repetitio hīc aliquoties fit in mor-  
 bis diuersis, vt in exercitatis magis fiat clara atq; familia-  
 ris, minusq; laboriosa nostra Praxis: id quod meo iudicio  
 fieri nō poterat, si toties ad alia loca relegaremus lectorem,  
 quoties alioqui id fieri licebat: in exercitatis enim cōpendia  
 dispendia esse solent; iisq; nunquam bene dicitur quod satis  
 nō dicitur. Hīc quoque passim simplicia addimus compositis  
 medicamentis, eò quòd saepe praestantiorem edant affe-  
 ctum simplicia, multis in vnum coactis medicamentis. Ad-  
 de quòd cū auxilia frequenter mutanda sint, & potissi-  
 mū in cōtumacioribus morbis, ne vni assueta natura me-  
 dica-

dica-